


Votivae Acclamationes ad Virum Reverendum & Clarißimum Dn. M. Andream Merckium, Pastorem Ecclesiae Halensis primarium & Superintendentem vigilantissimum, Cum in Inclutae Academiae Ienensis ... Die XIV. Decembr. A. O. R. M. DC. XXIV. Sacrosanctae Theologiae Doctor Publice Et Solenniter renunciaretur

Ienae: Typis Steinmannianis, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818106557>

Druck Freier  Zugang





logica.

3

39

Fa-1092 (39.)


(39.)

21.27.

2.

3.

4.



VOTIVÆ ACCLAMATIONES

ad

Virum Reverendum & Clarissimum

Dn. M. ANDREAM

**MERCKIUM, PASTOREM EC-
clesiæ Halensis primarium & Super-
intendentem vigilan-
tissimum,**

CUM

in

*Incluta Academia Jenensis ad
Collegij sacra*

Die XIV. Decembr.

A. O. R. M. DC. XXIV.

Sacrofanctæ Theologiæ DOCTOR

PUBLICÆ ET SOLENNITER

renunciaretur.



JENÆ

Typis STEINMANNIANIS,

VOTIVÆ ACCIAMATIONES

ad

Vivam Reverendam & Clarissimam

Dr. M. ANDREAM

MERCKIUM, PASTOREM EC-

clesiæ Halensis primarium & Super-

intendentes vigilan-

tissimum,

Ch. M.

in

Inclita Academia Jenensibus

Collegij factus

Die XIV. Decembris

A. O. R. M. DC. XXIV.

Sacrosanctæ Theologiæ DOCTOR

PUBLICE ET SOLEMNITER

renunciatus.



J E N A E

Typis STEINMANNIANIS



Arteris in tenebris Vinculus BAPTISTA tenetur;
 Non illum plebs; non Principis aula colit.
 At CHRISTIUS miris hunc laudibus ornat, & inter
 Terrigenas summo collocat ipse loco.
 Te quoque, quam Demon mundusq; & spernit & odit,
 TRIGA dicata Deo, curat amatq; DEUS.
 Qui nunc purpureo frontem diademate cingit:
 In caeli olim digna brabea dabit.

Rektor. p. r. Salanz

Zacharias Brendel Sen.

Med. D. & P. P.



Salve grata trias nostri deltoton Olympi,
 Inter & Orion sidera clara, nove,
 O generosa Deo salve sacrata Virum Vis,
 Quos varix decorant mentis & oris opes.
 Climata Vos caeli multum divisa tulere
 Ortos diverso sanguine, sede, die.
 Querfurtum MERCKI tibi patria, patria quondam
 Insolito prolis nobilitata fatu.
 Quam Thuringa suis tellus complectitur oris,
 Saxo sed obpitens quam cupit esse suam.
 Edidit ad saltum sita Waltershusa Thuringum,
 Meifarcum, indubium Tyrigetamq; dedit.
 Scultetum Stargarda tulit Pomeranidos inter
 Urbes postremo non statuenda loco.
 Sed vos conjunxit pietas, doctrina, fidesq;
 Conjunxit Charitum Castalidumq; chorus;
 Jungit amica manus, conjungit adorea laudum,
 Quam Vestris meritis alma Salana parat.
 Tu MERCKI polles donis MEIFARTUS & istis
 Poller, SCULTEUS poller & ipse suis,
 Larga Dei bonitas tribuit sua cuiq; talenta,
 Quae decet usuris multiplicare sacris.

▲ 2

Saxo

Saxo places, Thuringe places, Pomerane probaris
Theiologum tripodii, quem Schola nostra fovet.
Quem Deus e Vestris terris prodixit, ut adsit
Cuiq; suus festo Symparriota die.
Saxo Gerharde fores referas & honoribus aptas
Decernis Sparta pro ratione tua.
Himmelius Pomeranus adit penetralia cauto
Pectore, quo reduces mactet honore viros.
Ipse fores claudo Thuringus, & omnia Voce
Protensaq; simul comprobo facta manu.
Quodq; decet, pietasq; jubet suspiria miscens,
Sancta Patrem Christi supplice voce precor,
Ut geminae semper Trias spiramine sacro
Adsit & in laudes dirigat acta suas.
Saxone quo laetata suo floreat in ævum
Saxonidum tellus, & Pomerana suo.
Et sua Thyrigetæ venerentur munera grati
Ac referam laudum præmia digna Deo
Sed modò facta Trias salve, trias optima salve
Grata triasq; Vale, secula longa, Vale.

Johan. Major D.

HUNC MERCKI Reverende diem meliore lapillo
Quaeso notes, tantus quò tibi cessit honos.
Quò tibi magne Dei præco pulcherrima ferta
Pro meritis dignè contulit Eusebie.
Serta hæc perpetuo vernabunt flore, nitore,
Serta hæc non ullo sunt moritura die.
Scilicet hæc dudum meruit tua præmia, virtus,
Hæc meruere artis nobilioris opes.
Tantus honor, sit faustus honor. Tibi stamina vitæ
Producat, vitæ qui dator, ipse Deus,
Per te percipiat magnos Ecclesia fructus,
Ac tandem, at serò, coelica regna petas.

gratulationis amicæ ergò f.

Joh. Gerhardus D.

Istos

Istos Doctrinæ vobis ego grator honores,

Urq; ferant multis commoda magna precor.

Esto, quodes, *Doctor, Mercki* celeberrime Pastor

Et populum magnâ prosperitate doce.

Tu *Doctor Meyfartæ* tuos decotate labores

Sanctos, ac solita dexteritate doce.

Inter & eximios, *Doctor Schultete*, Ministros

Exere sublimi prosperitate, caput!

Per vos cœlestis crescat Respublica regni

Et capiat vester scœnora multa labor.

sincera gratulationis

ergo l.m.f.

Johannes Himmelius D.
& Promotor.

Andis solidèq; tuas, Clarissime *Mercki*,

Tutatum partes, suggestum & pulpita *Jene*

Publica testantur; jam surgit adorea laudis

Himmelio tribuente, caput jam purpurat, & te

Hala hilari reducem *Doctorem* voce salutat.

Scilicet hocce tuus labor indefessus, & auctus

Divitis ingenii meruere, hoc cura sacrorum

Postulat. Ergò tibi partos nunc grator honores

VR Reverende; tuis porro conatibus ad sic

Jova potens, ut qui in terris plantare novellas

Instituis vites, harum tibi copia cœlo

Fructificet, mercesq; tuo stet digna labori.

boni ominis causa

Eusebius Schenck Med.
D. & Prof. Pub.

Sic Te sancta Triu nitas

Mactet Sionix frondis honoribus

A 3

SALA-

SALANO in viridario
MERCKI! Theologum Præstes amabilis,
Quos HALA in clyta Saxonum,
Diis auspiciis Omni-scientiæ,
Audit dotibus æmulis,
Usum in fructiferum Christifœqui-gregis.
Quam vellem Tibi, quam Tibi
Vellem ferre coram vota calentia,
MEYFARTIQ. mei in simul
Lætis ominibus persequi adorem!
Sed quæ ingrata Necessitas
Usurpare oculis gaudia denegat;
Absens sup plice poplite
Promam vota penû è pectoris intimò.
Firmò Ecclesia robore
Perstet temporibus Præstite MERCKIO
Æternis: HALA ubi affatim
Fundit largifluas divitias salis.
Sic argentea puritas
Israëlitico fonte regurgitet!
Sic Concordia Olympica
Collegas validis nexibus uniat!
Sic regnum DOMINI ampliat
Tecum quivis & Orci atria destruat!

Deprop.

ἐκφραστὴν μοῦχῆ

Tuus

*Balthasar Gualtherus Ecclesiæ
Gethanæ P. Superintend.*

D li tibi sunt faciles Mercki, Fortuna benigna
Omnia felici sidere cœpta juvat.

Pächo

3
P̄itho tibi linguam, Genii tibi Phœbus acumen
Os Venus, & mentem Deiopeia dedit.
Juno nec immitis tibi pondera fulva metalli,
Dat tibi Apollo choram, dat Venus alma thorum :
Fortunæ favor iste tuæ *Doctoris* honore
Quod deerit summo sarciet omne globo.
Splendida, crede mihi, facies ea Sortis, Honores
Quam tanti cumulant exhilarantq; novi!
Sit voveo stabilis Fortunæ hic cursus, & ævum!
Te novus hic titulus, quem capis, oro, beet!

Honoris ergo facieb.

Henricus Newenham

U. J. D. & Prof. Publ.

MERCKIUS unde tibi nomen descendere dicam?
Teutonico riru dictum puto. Sedulus arces
Litterulasq; bonas qui discit, & omnia condit
Mnemosynes intra loculos tacitosq; recessus,
Is potis est magni Simonidis instar ubique,
Quæ memoranda suis felix expromere collis,
Seu loca distinguas numeris, & imagine multa,
Seu minus hoc facias. O felicissime Mercki,
Quis te non similem Nohe fluviatilis arce.
Dixerit: illa genus nostrum pecudesq; ferasque,
Et volucres, & sumi quæ repere cunq; solebant
Claudebat: nihil est tua quod non capsâ capessat
Ingenii? linguas procul è Babylone profectus
Et veteres pariterq; novas, confusio tandem,
Quas hominum peperit nosti: celsasq; Sophiæ
Ascendis properante gradu feliciter arces.
Tum per Erythræi fluctus maris, altaq; Sinæ
Culina, per nocuis loca formidanda colubris,
Per stabiles Jordanis aquas ad amica Sionis
Davidici visum fastigia scandere collis
Et sacram pulsare lyram, seu pectine fiat
Seu digitis & voce Dei pia munera laudet

16
Hæc

Hæc tua cùm pietas, tùm multa peritìa rerum
Fecit, ut exhalans nebulas fumosq; volucres
Lata suæ curam tibi crederet Hala salutis,
Supremaq; locum non invida linqeret aræ,
Fecit ut ad nostri missus delubra Lycæi
Punicæ caperes velamina docta tiara,
Et ferres cum laude domum: tibi Saxonis ora
Hoc decus, has laudes gratatus & inclyta tellus
Thyrigetum, multisq; Dei pia numina votis
Poscunt, ut Superum tua gloria cedat honori,
Inq; ferat cælo multos super astra Quiriles.
Qui summi memorint laudes sine fine Parentis,
Æternumq; colant, per & omnia secla canoro:
Carmine cum sacris recinant Osianna ministris.

Wolfgangus Heider M.

Tartareus Pluto, mendax, hominumque, Dei que
Hostis, trux, acer, totum turbare per orbem
Relligionis opus magno conamine tentat;
Urbes Christiadum vastat, vel templa profanat;
Sedibus & pellit Mystas, vel ad æthera celsum
Vindicibus flammis exustos imperat ire.
Paucis, excisq; omnes cupit esse fideles.
Sed Pater altitonans nunquam non seruat egenum,
Et sibi dilectum populum, mititq; per omnem
Doctores amplis instructus dotibus orbem.
Quos inter, *Merckj*, cœca folgida stella coruscas.
Nam benè divini cognosti dogmata verbi,
Sic quò compleres mensuram nominis omnem.
Hinc speculatorem, te Pastoremq; celebrem
Constituit mundi magnus Protector & Author,
Atq; tuo imponit capiti nunc ipse tiaram.
Ergò gregem tanti Domini non pascere cessa,
Atq; lupos magnâ vi pelle, repelle leones.
Sic medios inter justos salyabere quondam,

Sum.

Summus Pastorum cum nos à morte solutos
Intulerit seclis nullis pereuntibus astris.

M. Theophilus AEnetius Phys.
P.P. Fac. Phil. p.r. Decanus.



HALA salem terris importat abunde: Vicissima
Importas HALE, Vir Venerande, Salem.
Ille cibos condit, sapida & tibi fercula praestat:
Hic animos hominum condit, alit, reficit.
Absq; illo insulsus, putris, cibus omnis habetur:
Absq; hoc incessit foeda putredo animos.
Hancce Salis venam caelestis, gratia JESU,
Ferventi partam ritè labore, dedit.
Hancce novâ Eusebie collustrat luce, tiaram
Doctoris, nec non praemia summa ferens.
Hæcce diu cœtus se sacri fundat in usum,
Det, precor, ex altâ sede JEHOVA. Vale.

Honori ergo f.

Salomon Glassius Lingg. S.
Professor Publicus.



Letare, gaude, plaude, sorte Hala Saxonum
tuâ beata! copiosis dis viges
salis scatebris. ô supremo Numini
urbs atq; plebs amicioire gratiâ
prænâ, cuicumq; indulget hocce muneris.
Natura nil producit unquam, quod sali
præstare possit commodis: huic unico
soliq; defertur decus palmarium.
Hoc possides beata. Sed beatior,
nec alterum quod desiet, sed affatim
sal suppetat. Quodnam hoc? Sacri mystæ; Salis
quis Doctor eruditioris linguæ
titulum dedit, salis ut suâ in Ecclesiâ
præstent vicem. Non longiore id explicio

B

amba-

ambagione nunc. Alacritate pol!
acri, Tui Mystæ hoc adimplent officij,
seu Legis acrimoniâ, seu fiet opus
attemperatâ suavitate Evangelij.
Hos inter at primariâ, MERCKI, micas
ut sede, sic fide, impigraq; industriâ.
Hinc audies olim fidelis & bonus
(Christo minister. Sed ti ra nunc rubra
honore te macerat cedrino, candido
sic Curialium ferente calculo
sacrorum in hoc ut orbe ritè fulgeas
insertus ordini Eusebæas Præstitum
Doctõr novus. Titulum novum grator. Nova
& fœnerata nomen hoc novum ferat
Ecclesiæ & Tibi subindè commoda!

gratulab. fundeb.

M. Philippus Horst Brunsvigâs
Poët. Laur. Cæs. Orat. P. P.

MERCKE tuo tribuat Dominus tot gaudia honori,
Excocti numerat grana quot HALA salis.

Observantia ergò f.

M. Johann. Wedelius, Ecclesiæ Jen.
Diac. & Facult. Phil. Adj.

MERX tua divino fulgore sacerrima MERCKI
Inq; sinu summi progenerata Dei est.
Emporium laudavit eam *Jenense!* beato
Docturæ accessu splendicat inde magis.
Halla salis mater. Sed tu, sal coelicus, Hallæ
Condimenta paras nobiliora Poli.
Invehit Halla salem vicinis tractibus. ac tu
Invehis Hallæ animi coelituumq; salem.

Inful-

In falsus, quisquis Tibi non applaudit & Hallæ
Hallæ canat Sanctum nobilis Halleluja.

M. Johann. Georgius Dorscheus
Argentorat.

Magna suo nutu domaria promit in orbem
Orbis in excelsis arbiter ille Deus.
Seminibus latitant ea non decondita parvis,
Exerit hinc virtus se sacrosancta poli,
Quam Deus arcano diductu promovet, atque
Passim perpetui numen amoris alit.
Quod prius exili specie propullular, illud
Tandem sublimi vertice lucet humi.
Lucet & insuperam facie fulgore beato,
Implet & immensa prosperitate bonos.
Lucet aquæ formâ primum, labenteq; guttâ,
Conerescit tandem sal bonus humor ita.
Sic te magna Dei clementia, magnus amorq;
Numinis abstrusa conditione regit.
MERKI, cui claves Ecclesia tradidit Hallæ,
Cui sacrum regimen, Jovæ animantè, dedit.
Inferiùs quondam latitans, ad culmina porrò
Summa levare Dei dexteriore manu.
Diffluet invidiæ macies, virusq; pudendum,
Te calor interni numinis intus agit,
Esto oculus vigil in cathedrâ splendente, perenni
Vertice in adversos porrige nempè caput,
Ur cathedræ præsis sanctæ feliciter usq;
In cathedram posuit te sacra JENA sacram,
Felix consensus! cathedræ quo sanctiùs Hallæ
Hærescas dudum, Jena catena fuit.

Grasular. ergo facieb.

M. Joachimus Hertzbergius
Wismariâ-Megapolitan.
B 2 Quam

Q Vando cultori tribuit Tiaram
Baldus & Mirram Hippocrates rubentem,
Quando Musæâ decorat corollâ
Tempora Phæbus,

Te quid haut ornet meritâ Luserus
Infulâ? Mercki, pietatis ardens
Cultor, & magnum decus optimorum
Theiologorum!

Gaudeat Baldus nitidâ Tiarâ,
Gaudeat Mitrâ Hippocrates rubente
Gaudeat Lauru solitisq; donis
Turba Sophorum.

Te juvet Mercki! decus hocce Codex
Quod sacer reddit Tibi, promeretur
Hoc decus Virtus Tua, quæ labore
Nescia vinci.

Gaudeas ergò hõc meritõ laboris,
Dum capis summam studii sacra
Infulam, Momi nimis invidentis
Spernito morsus,

Functio, cures, Tua quod requirit
Laudibus mactes bona, prava culpes,
Inseret sic Te rutilo Supremus
Rector Olympo!

gratulabundus applaud.

Petrus Samuel Theodoricus.

FINIS.


Opp.

Opp.


Opp.


Ged.

















Hæc tua cùm
Fecit, ut exha
Lata suæ cur
Supremaq; lo
Fecit ut ad no
Punicæ cap
Et ferres cur
Hoc decus, h
Thyrigetum
Pofcunt, ut S
Inq; ferat co
Qui summi
Æternumq;
Carmine cu

Tartareu
Hostis,
Relligionis
Urbes Chri
Sedibus &
Vindicibus
Paucis, exci
Sed Pater al
Et sibi dilec
Doctores a
Quos inter
Nam benè
Sic quò co
Hinc specu
Constituit
Atq; tuo i
Ergò greg
Atq; lupos
Sic medio

alta peritia rerum
mosq; vol ueres
et Hala salutis,
da linqueret aræ,
abra Lycæi
docta tiara,
n: tibi Saxonis ora
tus & inclyta tellus
ia numina votis
ria cedat honori,
er astra Quiriles.
les sine fine Parentis,
omnia secla canoro:
ant Osianna ministris.

Wolfgangus Heider M.

ax, hominumque, Deique
m turbare per orbem
tonamine tentat;
vel templa profanat;
vel ad æthera celsum
os imperat ire.
it esse fideles,
quam non seruat egenum,
mittitq; per omnem
us dotibus orbem.
gida stella coruscas.
i dogmata verbi,
ram nominis omnem.
roremq; celebrem
s Protector & Author,
nunc ipse tiaram.
ini non pascere cessa,
e, repelle leones.
lyabere quondam,

Sum.

